



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118898

§. 151. Philippus Spinellus Cardinalis mortuus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

Sæc. XVII.
Sæc. 1616.

§. CLI.

*Philippus Spinellus Cardinalis
mortuus.*

Ciacon. ibid. Tertius ex Purpuratis hoc anno denatis erat Philippus ex nobilissima Spinelliorum Neapolitana familia ortus, qui regante Clemente VIII. Colofensis Archiepiscopus ad Rudolphum Cæsarem Sedis Apostolicæ Nuntius in Germaniam decernebatur: inde vero in Italiam revocatus, ac Ferrariensis Prolegatus decretus, tanta prudentia, ac moderati Regiminis laude commissum sibi munus obibat, ut ab eodem Pontifice absens Presbyter Cardinalis renuntiaretur. Quamvis autem Policastrinum primum, ac postea Averfæ Episcopus esset, tantopere tamen ære alieno gravatus erat, ut annui suæ Ecclesiæ proventus ad debita, quæ contraxerat, dissolvenda, suæque dignitatis honorem sustinendum non sufficerent. Obiit in ipsa Averfanæ Diæcesis lustratione die quarta Aprilis quinquagenario major, in Averfana Ecclesia sepultus.

§. CLII.

Horatii Spinolæ Cardinalis decessus.

Postre-